



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Provincia Belgica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70132](#)



PROVINCIA BELGICA.



N Belgio Socij quadringenti septuaginta nouem, per nouendecim veluti statunes dispositi censentur. Sacerdotes 233, Studiosi 112, Coadiutores 134. Louani sunt omnino 50. Sacerdotes 14. Coadiutores totidem, Studiosi 22. Tornaci 74. Sacerdotes 20. quorum vnuis cum alijs quinque fratribus litteras profitetur, Studiosi 34. Adiutores 14. domaropoli 36. Sacerdotes 20. horum tribus iungendus. Professores alijs totidem, totidem Studiosi, Coadiutores nouem. In Seminario Anglicano Audomarensi 10. Sacerdotes septem: Adiutores tres. Duaci 39. Sacerdotes 20. profitentur ex his quinque cum alijs sex superiores inferioresque disciplinas: Studiosi duo; Coadiutores undicim. Antuerpiæ 29. Sacerdotes tres de viginti: ex quorum numero Professoribus alijs quinque iungendus vnuis, Adiutores septem. Leodij 36. Sacerdotes viginti. Professores præter Patres duo, reliqui 4. Coadiutores 12. Traiecti 21. Sacerdotes 11. horum tres cum totidem fratribus Scholis præsunt: Coadiutores septem. Brugis duodeuiginti, Sacerdotes decem: ex quibus terni tribus Profes-

Professoribus accedunt : Coadiutores quinque : Ibris,
tresdeuiginti : Sacerdotes nouem : Professores tres
absque totidem Sacerdotibus : Coadiutores quinque.
Cor traci septem supra decem. Sacerdotes 7. Professores
vno Sacerdote dempto omnino 5. Adiutores totidem.
Gandaui 18. Sacerdotes nouem: horum tribus Professo-
res iungendi 3. Coadiutores sex. Infulis 23. Sacerdotes
12. horum vni Professores accedunt 5. Adiutores sex.
Valencenis 20. Sacerdotes 11. è numero senario Profes-
orum, tres reliqui, Coadiutores sex. Montibus 23. Sa-
cerdotes 13. Præceptores absque collegis Patribus, tres,
Coadiutores 7. Bruxellis, Sacerdotes 20. Coadiutores
nouem. Cameraci 7. Sacerdotes 4. Adiutores tres. Lu-
xemburgi totidem, Sacerdotes tres : Coadiutores 4.
In missione Hollandica Sacerdotes tres. Duodecim
amissi morte. Admissi plures triginta.

C O L L E G I V M LOVANIENSE.

LOVANIENSE Collegium, Seminarium
instituendis in Scholastica Theologia opera-
rijs, omnium primum, & antiquitate & icho-
laisticorum numero, & spe futuræ messis. In
eo perfectionis studiū vigere illud est argumento, quod
studiosi vacationum tempore, quod relaxationi indul-
gendum videbatur, id partim exercitijs spiritualibus,
partim mortificationum muneribus pia animi conten-
tione sibi quisque descendis obeundisqne posuerunt.
Auctum hoc anno templum adiecto Deiparæ Virginis
faccello Parthenicorum Sodalium exercitijs deputato.
Hortus insuper in meliorem formam quadrumque re-

dactus, amplis spatiofisisque ambulationibus, scitè distinctis pergulis, opere topiario ad quatuor latera quasi ronatus, & insigni frondosarum arborum ordine operatus: quæ nostris spatiantibus tum umbram faciunt, n. vicinorum Collegiorum prospectum excludunt. Communicantium in templo numeris solito auctior. Confessiones generales ab uno auditæ penè centum, ab alijs quamplurimæ. Impedita homicidia aliquot etiâ iurata, adulteria non pauca: usurpis substracti floreni bis mille libri hæretici aliquot Vulcano traditi. Moribunda quædā cùm nollet filij mortem occisoru ignoscere, nisi pnam subiret talionis, Patre nostro adlaborante ignotam tandem confessaque obiit. Alius, qui sicam è zona gestabat, ut clam inimicum confoderet, ad sicam vna cū inimicitia deponendam à Nostro adductus est. Multa prostitutæ pudicitiæ ad castè viuendum Sacerdotis nostri exhortatione permota, constanter in suscepso proposito perseverat. Persona quædam, quæ noctibus liquot varijs spectris exagitata ad extremum desperationis venerat, & in restem, quem ex trabe suspendere iamiam immisura fuisse caput, nisi ante fusa ad Dieram precatiuncula mitius habere coepisset: mox cude è nostris confessæ, corporis animique quieti restituta est.

E X E R C I T I A spiritualia permultis hoc anno tradita: paucæ vacarunt hebdomadæ, multæ bino ha- buerunt, frugum collectarum hæ primitiæ: Duo Carthusianorum, totidem Capuccinorum, quatuor Societatis ordinem ingressi. Vocatus exercitiorum gratia è Patribus unus ab Abbe quodam Hasbaniæ primario, eundem Prælatum cum quatuor alijs domesticis excœluit. Sodalitij tum Parthenij, tum Sanctorum omnium feruor illuxit præcipue Bacchanaliorum ferijs, quibus mortalium effectorum licentia liberius grassari con- fueit,

suevit, ad eam coercendam quadragesima horarum supplicatio admodum celebris instituta : cuius apparatus, ordo, ac singularis religio, & plurimos ab insolentia, ac cōmessionibus anocauit, & studiosos varios ad seuerē in corpora sua animaduertendum excitauit. Qui ut crebrius iusta id flagitate causa fiat, vestes, & flagella suis impensis Sodalitati cōpararunt. Ex minori Sodalitio tres de viginti ad varias religiones transmigrarunt. Inductæ per pædagogia hebdomadatim de rebus pijs collationes, adolescentे uno præside, lectioque pij libelli magnō cum fructu. Illud in uno mirabile laborabat is annua scabie, nec malo modus, voulit D. Virginī communionem octiduana m, nec voto frustratus exemplō convuluit, sed paulo post incuria propositum interrupit, nec mora iterum corripitur. Irati igitur numinis vindictam expertus ad officium rediit, ac denuo sanitatem integrām est consecutus. Ad doctrinam Christianam quod attinet, præter stationes urbanas, Latinas, & Flandricas excursionem ad pagos nondum excultos facile duodecim, eo fructu, ea vitæ morumque mutatione ut non ijdem ipsi esse videantur. Et ubi vix unus, aut alter extra Paschales ferias communicare solebat, iam dominica quapiam obtinendarum indulgentiarum causa triginta vel sexaginta, imo toti pagi nullo propemodum excepto ad sacram synaxim accesserunt : sed de his anno præcedenti latius.

COLLEGIVM TOF
NACENSE, ET DOMVS.
PROBATIONIS.

VNA , eademque domus Societatis Collegium, & Probationis , Sedem Tornaci complectitur.Tyrones tamen à Veteranis vt clausura separaret hoc anno effectū.Extructis distinctisque cubiculis,distributi bini, terniye Nouitij in Reuerendi P. Nostri ordinationem : ijsdem facellum hortusque priuatim, quibus animi corporisque exercitationibus indulgeant attributa cubicula quoque commutationibus sacris vacaturis, accommodata.Maiori numero candidati Societatis his ædibus : quique nundum admissi probari postulant:visi plures haçtenus non sunt domino vineæ operas ad vineam suam vocante, vtque e nobis excolatur his indicijs probante. Sacra suppeller non parum beneficentia ciuium aucta. Angustiæ tem augendæ forent. Enim uero, vt augeantur, imò vt nou exstruatur, præter florenorum millia decem quæ eam rem Senatus contulit, accidit plurium liberalitas, quorum ope opus ipsum R. P. N. approbatione feliciter assurget. Adiecit Senatus prioribus scholis nouum edificium scholasticis commodum,& ornatum , extructis supra cubiculis in usum Professorum. Pœnitentium ad nos concursus solito frequentior auctiorem faciunt excursionses ad pagos. Ij eo ardore sacræ Doctrinæ fementem percipiunt ac si corum animi instar arentis soli toti ad nouum ger men inhiarent. Inter cætera hoc memoria dignum. Mu lier rusticana , enormis diuturni inueterati criminis ac leis exagitata , magno desiderio exarsit animi farcinæ a pud

pud Societatis Patrem deponendæ. Illius ergo Tornacum venit : ei suasit confessarius , vt mentis oculis in decursæ hactenus vitæ noxas conuersis vna omnes confessione purgaret. Quod dum apparat non latuit incentorem sociumque sceleris.Denunciat ille caueat , etiam, atque etiam Societatis hominibus latebras animi committere : posse se auctore quemlibet mentis arbitrum modò Iesuitam non deligat. Suspectam mulieri suasionem reddit didit conscientia mens diuinusque radius : nutabundam tam anno propemodum integro Cacodæmon tenuit. Illa tandem meliori spiritu fortior in iter se dat:occurrens dæmon proficiscenti in habitu specieque Sacerdotis, quem ipsa quærerat, quò, inquit, properas mulier? mihi confessionem tuam excipere per occupationes non licet. Reuertere, alias confitebere : secundò profectionem inventi secundo pseudoconfessarius infelici imposuit. Illustrata tandem Diuini Spiritus luce peruicit veternoſi serpentis artes Sacerdotemque nostrum anno iam vertente naecta cacodæmonis dolos Dei vocantis beneficium , animum denique integrum non sine frequenti gemitu exposuit. Exercitationibus spiritualibus exulti quamplurimi : horum nonnulli Nostrorum numero aggregati sunt.

T 5

COLLEGIVM
AVDOMARENSE,
CVM SEMINARIO,
Anglicano.

VI T A M hanc miseram cum meliore committauit Ioannes Cosmus Martiensis Coadjutor, anno ætatis trigesimo secundo, aditæ religiæ sexto. Eius deliciæ ex obedientiæ direktione aliquid obire quamvis laboriosum, quamvis difficile. Ex inculto, & rusticano ingenio mirum quām prudens, quām spiritualis euaserit. Vitæ spiritualis interea vigor nihil in alijs elanguit. Templi suppellex aucta varijs generis ornamentis, domus ipsa ad commodiorem habitacionem accommodata. Exstructa enim turris, quæ ædifici patenti distincta area coniungit: gradus ad Triclinium, & ambulationes superiores è pergula inferiori aperit, & ad noua cubicula longo digesta ordine perducit. In urbe vicisque quā concionando, quā doctrinam Christianam, aliaq; Societatis munia tractando sequentes domum reportati manipuli. In iustæ cùm agrorum, tum pecuniarum possessiones restitutæ permultæ. Vna quidem quindecim millium coronatorum, alia duorum: fœnerator cum unoquoque paciscendo quæ potuit reddidit, seq; in posterum abdicavit usurpis. Prædia mala fide quidam possidens, exquisito cum lachrymis nostrorum consilio, restituit, subiungens malle se facultates omnes, quām Deum, animamque perdere. Alij tributa Regia substrahere, atque intertere soliti integra soluerunt. Vir domi nobilis ebrietati deditus à Sacerdote nostro monitus, non mo-

dō

ad meliorem frugem se recepit ipse, sed & familiam ad virtutem, & instituta pietatis erudiuit. Multorum grauiter inter se dissidentium reconciliata gratia, in quibus nobiles duo tam acerbis certabant odijs, ut ambo in mutuam cædem ruere decerneret. Sacris commentationibus domi nostræ animi multorum instructi, è quibus Canonicus unus deinceps vitæ sanctioris institutum amplexus, multis admirationem peperit. Capite damnatis opera nostrorum saluti, solatioque fuit. Inter alios maleficus quidam publicè testatus est se cum abiurata fide dæmoni obsequium obtulisset, acceptis tamen cerea agni Dei effigie cum cruce annos quatuor ab omnibus illius spiritus molestijs, & impugnatione liberum, & solutum fuisse: cum autem illa ipsa patrueli suo tradidisset, confessim spiritum nequam adfuisse, qui eum ad plurima maleficia compelleret. Multi redeuntes à Batauis fidei mysteria suscepserunt, ex quibus quatuor, qui contra leges matrimonium inierant legitimo connubij nexu iuncti sunt. Quædam cum hæreticis nata, cum ijsdem educata fidei præcepta audiuerat nunquam, edocta fidem, baptismi cærenonijs initiata, & Eucharistiæ confirmata pabulo, deinceps cæteris dat normam ritè viuendi.

EX Seminario Anglorum Angelorum societatem feliciter vira functus adiit Pater Henricus Broy Anglus, ætatis suæ quinquagesimo nono, ab accessu ad Societatem anno decimo sexto. Alumnorum huius seminarij non parum accreuit numerus. Centum ferè capitibus censetur. Selectissima iuuentus ex nobilibus non vulgaribus conflata, & catechesi, exhortationibus cum publicis, tum priuatis, sacramentorum ysi, ea efficacia iuueniles animorum impetus coercentur, ut in tanto regendo numero plus solatij Patribus sit, quam laboris, & molestiæ. Seminarij Audomarensis nomen in Anglia tenellæ ætati charius, optabiliusque maternis ædibus, et si per efferos maris

maris insani fluctus ac latrocinijs infamis traiectus interlaceat. In his excolendis , & ad litteras , pietatemque instituendis tota Nostrorum desudat industria : quam non desinant ipsi in aliorum salutem , cum se se offert. casio, aut Anglorum aduentantium , aut capite damnorum eiusdem nationis operam suam sedulo impenderet.

COLLEGIVM DVACENSE.

DVACENSE Collegium Religionum Belgij seminariū, Religiosorum, Curionumq; pares quantum in se proficiat, probat aliorum profectus , quos excolit , enim uero intemerata Virginis & omnium sanctorū Sodalitates eam fementem continent, quæ Ecclesijs Pastores, monasterijs religiosos Reip. Rectores producat in dies. Septem egregij adolescentes varijs disciplinis instructi Societatem compleunt : alij alios ordines iniere. Animis vero ex officiorandis præpositi quamplurimi. Concionum , atque confessionum fructus , et si non insolens , mirus tamen domi forisque. Betuniæ præsertim, ac Bapalmis , quibus vribus is auditorum animis ardor doctrinæ salutaris , Nostrorumque desiderium inieictum est , vt extingui , expleri que haud quamquam posse videatur, et si sepius eò Nostr. recurrent. Duo abiurata hæresi sanctæ Ecclesiæ se se rediderunt. Multi ex turpi flagitorum coeno extracti , non paucæ nobilium familiæ in melius reformatæ , sua dominis redditæ. Vnus ad mille florenos malepartos restarunt. Factum quoque , vt acerbè inter se discordantes viriles consanguinei primates concordibus animis irent, eorum qui negotioso cum Deo otio , ac secessu salutari eruditæ

eruditus supra consuetum excrevit numerus. Nullum pro-
pē hominum genus non hanc salutis procurandæ viam
instituit. Bellatores, litterati rusticani, multum inde
præsidij in reliquum vitæ tempus collegere. Spem no-
stram percipiendæ messis excitat vel maxime, præclara
nec infrequens iuuentus, quæ interquiescente bello, &
pestilitate profligata nouum scholis nostris in dies subij-
cit incrementum. Qui facultatibus superioribus incum-
bunt, ac Theologiam frequentant facile octingenti nu-
merantur.

COLLEGIVM ANTVERPIENSE.

VT Antuerpiæ bene merendi occasiones variè,
varia etiam Nostrorum adhibita ijs iuuenien-
dis industria. Iuuentus solito auctior. Ingenijs,
nobilitate, numero insignis. Ex hac non pauci
varijs religionibus dederunt nomina. Templo accessere
portinæ mira quarundam virginum arte contextæ, di-
gna planè res hac vrbe. Bibliothecæ magna rarorum li-
brorum copia. A Eris alieni restitutiones factæ aureorum
facile quingentorum. Cessatum quoque à negotiationi-
bus illicitis, aureorum nunc viginti, nunc triginta mil-
lium. Dissidentes animi ad concordiam reuocati plures.
Illud dignum calamo Ecclesiastici, duo, officio, opibus, a-
micorum potentia pares, triginta iam annos odia tam
acerba fouverant, vt alter alteri nihil salutarius opta-
ret, quam immaturam, diramque necem, graui Vrbis
totius offensione: horum alterum ad extrema dedu-
ctum, ne nomen quidem pacis admittentem vice-
runt Patris nostri preces in multam protensa noctem,
lach: y

lachrymæque. Dedit moribundus aduersario veniam, accepit à Deo sacramentorum vnu gratiam, hilaritatem, dolorum animi, corporisque leuamen, ipsam denique nitatem. Ecclesiæ gremio dati, redditique quos hanc auulserat. Hanc septem ab vbere fuxerant, quos invnus se per quietem monitum dicebat cum intermissione, vt Societatis Collegium adiret. Reliqui propemodum à puerō hauserant. Omnes iam ætate prouecti ad annum sexagesimum, nonnulli veram matrem agnoverunt. Ex his miles qui multis annis in Hollandia menerrat, vt primùm ad suos redijt, spretis opibus, ac muneri, quod apud suos obibat, ad Nostros è suorum elapsi manibus, vt saluti consuleret se recepit. Laboriosior prædonis cuiusdam fuit conuersio, cui spirituale medicum huc illuc ne monentem audiret fugienti extrema viri suæ nocte Patris nostri lachrymis tandem perruptum peccatum, excussæque lachrymæ, & cum illis mens durior, ac hæresis. Illum cum è turba spectantium hæreticus vidisset tam forti, pioque mori peccatore, venit ad Patrem, & ad eius pedes cum hæresi totius vitæ fordes depoñit. Ad honestatem reuocatae plures, quædam magnam vitæ partem multorum offensione contaminauerat, aliæ cu[m] matrimonio iunctæ, animum, honorem, vitam magno cōponebant periculo: aliæ relicta parentum domo profugæ, libidini vagæ se projiciebant; ad saniorem mentem reductæ omnes, Sacramentorum vnu aditum licentiosæ vitæ claudunt.

COL.

COLLEGIVM LEODIENSE.

ABRICAE, scholisque Collegij Leodiensis accessio facta hoc anno non modica. Sacrifia ampla patensque à fundamentis addita templo, ciuium & Magistratus præcipue subsidio, stante interea veteri, quæ Sacris internè faciendis seruiat. Duo item substructa penuaria. Turris demùm, quæ domesticos ad superiora gradus complectitur cum cubiculis aliquot exercitantium vñibus deputatis oportunè excitata. Ad cæteras quatuor Gymnasij classes, accesit quinta Dialecticæ, sacri, politicique Magistratus rogatu: Scholarium excreuit numerus ad triginta super octingentos, quorum virtus scientiæque cupiditas vñâ cum ætatibus adolescit. Duodeniginti in varijs cœnobiorum ordinibus sese Deo deuouerunt.

EDIDIT & Congregatio Parthenia fruges tempestiuas, & letas. Ea quæ virorum quâ Ecclesiasticorum, quâ laicorum centum & sexaginta: quæ adolescentum quadringentis capitibus constat. Præsentatæ Virginis ferias, tanquam suæ ætati congruentes, singulari cultu hic iuuuenientia coetus celebrare instituit, præmissis aliquot diebus ante piacularibus, exercitationibus, Cœlestibus dapibus reficiendi decuriatim accubuere vniuersi, mirante & approbante populo. Ordinem, pietatemque serum in pueris. Soluendis peccatorum vinculis perutilis opera data. Pasti cœlesti pane ferijs sacratiōribus mille circiter octingenti: inusitatus certè populi concursus ipso die Indigitibus omnibus sacro. Omnino supra bis mil^e

mille mensam Domini adiere trecenti. Mulieres duæ in
hæresum tenebris educatae veritatis lucem aspicerunt.
Familijs aliquot odijs intestinis deflagrantiibus pax al-
ta, ac reconciliatio. Lite quoque inter duos primi
Magistratus principes exorta, eaque Patris Nostri i-
dustria composita, effectum est, ut pauci ad reconciliati-
dos hominum inter se animos, dirimendasque lites adi-
tores Nostri adhibeantur. Fidei Christianæ elementa in-
firorum, maiorumque concursum magno tradita. Im-
pressa quoque Vicarij generalis voluntate præcipua Do-
ctrinæ Christianæ capita, cum preculis quotidianis, quæ
imaginum loco jis qui legere norunt distribuantur. Pe-
culiaris autem habetur ad pauperes & mendicos cate-
chismi prælectio, qui cum rudes maxime & ignari sint,
varijs ex parœcijs in unam coguntur; quoque propen-
siores veniant procurata à Nostri apud Ecclesiæ Præla-
tos eleemosina singulis sub catechismi exitum porrigitur.
Scholarum triualium discipuli qui ad duo millia
consentur statim vicissim diebus ad designatum locum
pueri, pueræque disparatis sedibus adducuntur, eisque
religionis rudimenta optato traduntur fructu.

N E C tantum amplissimæ ciuitatis limitibus No-
strorum industria continuit se. Excursum quoque ad
pagos, oppidaque varia non sine fruge. In his Christianæ
fidei præceptis promiscua plebs, puerique imbuti: con-
ciones habite: ciues prope omnes unius oppidi semel, ite-
rumque pro confessione audit. Massæ confessionibus
effectum, ut infames publicè duo concubinarij pellices
ab se suas abijcerent. Data quoq; enixè opera sub Qua-
dragesimæ exitum reconciliandis plurimis quos grauissi-
mæ lites controuersie que disiunxerant, reque ipsa com-
pertum id genus officij utilissimè diebus illis proponi, &
confici. Redierunt etiam cum Ecclesia in gratiam vi-
tri aliquot, quos hæresis ab eius sanctitudine abduxerat,
huius

huius denique Masecanæ missionis utilitas, operæque
precium clarissimè patuit; dum enim superioribus annis,
quibus ibi missio instituta fuit, pauci admodum expia-
tionis sui causa Sacerdotem accederent: hoc anno dum
Noster eò recurrit, dare subinde cogitur pœnitentibus
aures ab hora matutina quarta, ad decimam usque ves-
pertinain.

C O L L E G I V M T R A I E C T E N S E .

DIVINAE prouidentiæ ascribendum est,
quod hoc anno contagiosa lue foedè in ciues
desæuiente tentatis etiam è nostris Patribus
duobus maturè è domo ante diem extremū,
quem etiam obierunt abdicatis. Collegium tamen illæ-
sum contagio remanserit. Demortui Patres fuerunt,
Pater Andreas Balberghæ Corti acensis, natus annos 52.
Collegij Louaniensis procurator, vir modestiæ singula-
ris, qui dum in hac vrbe sedulò negotijs à superiori fibi
impositis incumbit correptus peste è medio sublatus est,
anno ab ingressu Societatis decimo sexto. Alter fuit P.
Petrus Fossarius Atrebæ annorum trium & sexaginta:
vixit in Societate triginta sex, vir apprimè religiosus,
atque orationi addictus, sui magnus contemptor, animo-
rum zelator indefessus, cum de multis, tñm de militum
salute quam optimè meritus. Tertius annumeratur vita
functis Arnauldus Ierro Bruxellensis Coadjutor insignis,
qui à Chyrurgo fœlicis & expertæ alioquin manus ob-
calculum sectus, relictis patientiæ & religiosæ vitæ egre-
gijs monumentis, Autuerpiæ vitæ suæ anno vigefimo

sexto aditæ Societatis sexto, ad Beatorū sedes migravit.
 Nostra interim solito more tradita ministeria, ex quorum
 frugibus præmaturis aliquot collectæ subjiciuntur. Co-
 fessiones generales exceptæ quamplurimæ:æs alienum va-
 redditum possessori. Mulier egregijs ornata naturæ do-
 bus a fœdo toro ad honorabilium nuptiarum contine-
 tiam reuocata: alterine se adultero subjiceret persuasum
 Viduam oblato à diuite infamiae lucro propemodum
 victimam Sacerdos noster eò demum adduxit, vt mallet
 inedia contabescere, quām adeo scelestum facinus ad-
 mitttere. Adolescens Nobilis ætate florenti assuetus deli-
 tijs, concione, & colloquijs Sacerdotis nostri inflamma-
 tus mundo nuncium remisit, prioresque delitias cum le-
 uera Cappuccinorum disciplina commutauit. Hæretic
 duo Nostrorum congressu haustum ab hostibus fidei ve-
 nenum cum vniuersæ vitæ suscepit criminibus ad pede
 confessarij nostri deposuerunt, studiosis pauperibus, vi-
 etus, vestes, libri, opera Nostrorum ministrati.

C O L L E G I V M B R U G E N S E .

HOMAE Cox moram diuturniorem mon-
 immatura inuidit, primò post nouitiatum ap-
 petente anno, spei maximæ is erat iuuenis, sed
 eum Dominus cum primo candore, & feruore
 ad primorum Religionis nostræ Patrū cōsortium vocare
 dignatus est. Non defuit Brugensibus rei bene gerenda
 materies, et si inclusis pedemque ab hostium incursioni-
 bus efferre veditis. Hi extitere præcipui laborum prouen-
 tis. Binæ familiæ suæ a decem, & quatuor annos, in terra
 hæferant hostili, arctis perfidæ id temporis astrictæ nex-
 bus

bus: illæ eiurata tandem hæresi exsoluta in Catholicam
rediére libertatē. Quæq; inter eos maë iam diu coaue-
rant matrimonia, Ecclesiæ sunt reuincta sacramento.
Cumq; eorum nonnulli vitæ crimina expiassent nun-
quam, nec salutari refecti cibo, vtrumque Nostrium o-
pera piè admodum præstiterunt. Rediére & alij duo,
quorum alter quatuor & decem inter hæreticos egerat
annos: alter de fidei nostræ mysterijs nequaquam inau-
dierat, hic ex fidei defertore propugnator: ille Cate-
chesi excultus in Catholicorum est cœtum cooptatus.
Prædones præterea quatuor, qui præter hæresim, etiam
latrocinia exercebant, ad meliorem reuocati mentem, li-
bentes adiére crucem, & se felices deprædicarunt. Inter
quos qui rem diuinam nunquam perceperat eruditus à
Nostris tanto animi sensu cœlestes epulas excepit, vt se
præ lacrymis non teneret. Sacra nimirū munitus Eucha-
ristia, en inquit, Pater, missionis meæ ex hac militia testi-
moniū immunitatis chyrographum, quo instructus intre-
pidus vt spero cœlesti assistam Imperatori, Et ante para-
tam iam neci crucem in patris amplexus irruens præsen-
tibus penè omnibus excussit lacrymas. Hoc tandem hic
Brugis præter auitum patriæ morem (quem pertinaciter
tutati hactenus) obtentum, ne ad supplicium adjudicatis
Eucharistia denegaretur. Neque interea minus strenue in
promouendis Catholicorum rebus laboratum. Exciti si-
quidem ab Imperatore Castrensi duo Societatis Sacer-
dotes, qui ad valla Ostendæ confienda milites partim
coercent monitis, partim sacris operarentur, idque
quoad prima durarent pericula: gnauiter à Nostris præ-
stitum, summa Ductatoris ipsius benevolentia signifi-
catione. Hæc foris.

D O M I interea emendati mores: æ alienum pretij
non contempnendi ad dominos redijt: libri impuriores
ablati possessoribus, ignique traditi. Ludo muliebri in-

decentiū lasciuientes eodem repudiato totas sese tradidere pietati. Expiationes vitæ totius factæ non paucitiam à grandæuis, qui nunquam antea confessi. Quidam tamen integritate & generis nobilitate clarus Societatis fratrem exercitijs adiutus ad Cappuccinorū ordinem adiunxit. Virgines duæ apud nos sacramenta obire solent iniere Religionem: alterius quoque virginis parenti, cum pio filiæ voto reuictare etur obstinatus, ne numini diuini repugnaret a nostris persuasum. Templo denique nostro sua est facta accessio liberali amicorum donatione: morituris nostris sepulturæ locus conlecratus est.

COLLEGIVM IPRENSE.

 Sacerdotibus Pater Henricus de Codt obiit diem Societati immaturum. Magna ab eo impetrabantur, zelo animarum, zelo diuini nominis latius altiusque proferendi haud pars incenso. Cum enim apud Diximus iudanos per Quadragesimæ dies cōcionator ipse Annuntiatæ Virgini celebri contra hæreticorum inianiam, pro eiusdem virginis honore vehementius incalesceret, apoplexia correptus cecidit, domumque è cathedra deportari debuit. Eodem die de peccatis focio confessus rem diuinam fecerat; voluit tanen exemplò, ut Deo purior appareret, iterum reconciliari. Interea tentatis frustra remedij, inclinante iam in noctem vespera, cessit è vita, magno omnium luctu, ab ortu 35. a Religionis ingressu anno decimo.

CABETER ORVM porrò non languit industria, quæ domi seipsis, quibusque in spiritu promouendis, quæ foris in salutem alienam desudantibus. Ab hæresi reuocati

ti quamplures. Mulier quædam obstinatior anabaptis-
mum (quæ secta hic omnium est pertinacissima) Nostro-
rum argumentis victa, ciurauit, & peccatis per confessio-
nem expurgatis Ecclesiæ simul ac Deo reconciliata est.
Prædo non parum ad suam perfidiam tuendam, iam inde
à puerō instructus, post varios cum Nostris congressus,
Ecclesiæ manus dedit, ac ritè deinde confessus piè mor-
tem legibus soluit. Iuuenis quidam publicè mortem o-
biturus, cùm decreuisset virum primarium non sine ma-
gno multorum offendiculo, enormis cuiusdam sceleris
insimulare, Nostrorum usus consilio in se inculationem
conuertit. Miles ob stuprum, quo se foedè contaminaue-
rat, in vincula coniectus, nostri Sacerdotis cohortatione,
in suorum scelerum vindictam sic exarsit, vt in corpus
seuierit acerrimè, & ad supplicij locum progressus, gra-
ui, ardentique sermone spectatoribus magnum doloris
motum concitarit. Dissidia inter fratres mature ante-
quam cum formidato multorum danno conualescerent
extincta sunt. Impetratae pauperibus omnis generis elec-
mosyna, caligæ, calcei, laneæque uestes, forori ob-
strictæ res redemptæ: carceribus procura: a ipsis alieni
exsolutione erupti debitores egenti. Aigris prope cum
pauperibus ut medicorum, & pharmaco: remedii
gratis impenderentur.

COLLEGIVM CORTRACENSE.



ORTRACENSIS Collegij res haud
quaquam inferiores sunt superiorum anno-
rum successibus. Festis diebus mininum qua-
dringentis confessionis, ac communionis 12-

cramenta præbentur, solemnioribus vltra mille subi-
de quingentis. Confessiones vitæ vniuersæ auditæ sunt
octoginta. Quinis familijs deposita similitate concilia
pax est. Mulier improba fratrem, eumque Sacerdotem
hoc infestabat amplius, quo ille integritate vitæ con-
tumeliam tolerare modestius præ se ferebat. Tentau-
inuicem spretisque omnibus crescebat improbitas. Sed
Sacerdoti tandem nostro infelix mulier multorum anno-
rum similitatem donavit. Suo ac certo ordine, affecta vi-
letudine pauperes aditi, simul adiutiique variè. Hospitali
domo nostrorum charitas infirmis non defuit omnino,
alioqui spirituali solatio destitutis catechisati omnes
totius Ciuitatis discipuli cum pueris, alijsque rudibus,
qui arte victum quærerant. E scholis, quæ multa nobil-
itate illustres sunt, quatuor ad Religiosorum asylum
se receperunt. Primus Societati, sancti Benedicti alter,
sancti Bernardi tertius, Cappuccinorum quartus.

Societatis foris nō infructuosius opera collocata. Pro-
ximo Menenesium oppidulo binis hebdomadæ ferijs per
Quadragesimam, Gallicæ cōciones, præsidarijs præsidio
& solatio fuere. Multa ibidem renouata antiquæ Religi-
nis, quæ perierant: multa sublata quæ se temerè immer-
rant Christianæ pietati. Præsidium vniuersum perpurga-
tum confessione: sed Ductoris ipsius insignis mutatio,
decurse vitæ generali instituta peccatorū expiatione en-
tet, multumq; prodest propositum militibus, ciuitatique
pietatis exemplum. Exciderat turbato militi blasphemia
verbum, cùm agmine composito incedendum foret. Non
furda aure hoc militum Præfectus exceptit, iussum foro
medio stare agmen, blasphemam linguam ipse poposcit,
eamque propria manu perforauit, vt in eius lingua alio-
rum blasphemias compesceret.

COL

COLLEGIV M GANDENSE.



Coadiutorum numero diem extreūm clausit Cornelius de la Fosse Lindanus, exactis vi-
tæ annis viginti sex, in Societate quatuor.
Disiunctis hactenus à domo scholis vti cog-
bamur, contiguis ædibus hoc anno comparatis apparebat
sunt scholæ percommode. Virgines aliquot nobiliores
Nostrorum opera excusso seculi iugo Christi se obsequio
addixerunt. Non pauci eiurata hæresi in qua educati fue-
rant, ad Ecclesiæ gremium sese receperunt. Grauissima in-
ter coniuges iurgia confopita. Quamplurimæ confessio-
nes generales, magno eorum qui instituerunt motu, fru-
ctuque exceptæ.

COLLEGIV M INSVLENSE.

DVOS è Nostris vitæ necisque Dominus con-
tagiosa lue ad laborum suorum præmia In-
sulis euocauit. Alterum P. Adrianum Bru-
num è Gallia profugum, natum annos quadra-
ginta nouem, qui annis penè viginti quinque in Societate
religiosè traductis magnam cum apud omnes tum in
Deiparæ Congregatione, quam administrabat sui desideriuim reliquit. Huic alter lubens decumbenti adfuit
Cosimus Egidis, qui infirmum mortuumque obsequio
iuxta vitaque perfunctus ad præmia sequutus est, tertio

ab inita religione anno : additi cæteris animi. Dubit
maiorés ne ciuibus ad proficiendum , an Nostris ad be-
merendum conatus sint. Nullus è viginti (tot enim o-
nino domi operarij) qui dominicis festisque diebus
rudes non erudiat publicè , aut è sublimi loco ad pop-
lum verba non faciat. Domi dominicis plerisque ad sen-
centos , cuiusque mensis dominica prima mille , solemni-
ribus diebus supra mille , ac quadringentos cœlesti pan-
refici viuntur. Facem hac in parte cæterisque pietatis
exercitijs præferentibus , qui Parthenium sodalitum pro-
fitentur , præsertim maiores. Constatque hoc viris Sen-
torij , plebeiisque ordinis centum quinquaginta : quorum
religio , fremente frustra humani generis hoste , toti Ci-
tati mirum virtutis odorem spargit , & imitandi exem-
plum non inane proponit. Familiæ duæ capitali multo-
rum annorum odio flagrantes , coram Notarijs , nostri Se-
cerdotis opera , odia , simultatesque posuere , ea demum
coniunctione deuinctæ , ac si nihil vñquam amaritudinis
earum exacerbasset animos. Ecclesiæ Catholicæ reddit
cōplures. Duo è publica custodia nostrorum beneficentia
adducti , eorum fidem professi sunt , quorum charitate ve-
ram religionem agnouerant. Alius in Anglia parentibus
hæreticis oriūdus , religionis ignarus , instructus à Nostris
Catholicam fidem perfidæ Religioni prætulit. Alij duo
haustum à puerò cum lacte perfidiam , fidei professione
sacraque confessione exegerunt. Non defuere , qui ad er-
rorum multorum annorum pertinaciam adiecerant , tem-
plumque ingressi nostrum , dum intenti perpenderent
reuerentiam Deo singulari cultu deferri , tremenda my-
steria submissis animis tradi , accipiique , Sacerdotum se-
dilia confessionis causa , adire , demissos & compositos re-
uerti , diuino acti , victique spiritu ad pedes Sacerdotis
extemplò deuoluerunt sese , eisque diligenter excultis vi-
tæ totius maculas abiurata hæresi patefecerunt. Alia que-
dam

Dubitate ad be-
nem o-
liebus a-
ad pop-
ue ad fe-
olemnio-
leisti pane
e pietat-
tum pro-
iris Sena-
: quorum
coti Ci-
di exem-
li multo-
nostris Sa-
a demum
aritudinis
re rediu-
neficentia
ritate ve-
arentibus
a Nostris
Alij duo
ofessione
ui ad er-
ant, tem-
enderent
enda my-
otum se-
positos re-
cerdotis
cultis vi-
Alia que-
dam nobilis Caluinisticæ hærefeos infecta veneno, cùm
in librum de controuersijs à quodam è Societate edi-
tum incidisset, saucia Sacerdotem nostrum sibi medi-
cum delegit, & hæresim detestata, tantum nunc Deo, Reli-
gionique adducta perseuerat, quantum antea eosdem
auersabatur.

COLLEGIVM VALENCENENSE.

ABORIBVS præteriorū annorum opta-
tus iam tandem fructus responderet. Et sanè sa-
xa minutatim alluione teruntur, & ingentia
marmora frustatim præcipiti stilla cauan-
tur haud aliter rudiores animi ipso usu poliuntur, &
absque motu sensuque prius sua se mole produnt, quām
adolescere conspiciantur. Cessant hīc dissolutiones, &
inueterata hominum inertium symposia. Curiones ipsi
defixi mirantur antiquam Sacrorum venerationem in-
culto à religione populo insinuatam sensim inualescere;
capite pedibusque nudis supplicantes solenniter Sacer-
dotes, imbre copioso nequicquam aspergente constan-
ter sectari: Sacraenta à suis Pastoribus venerabundos
haud raro suscipere: trecentis se supra mille die Diuis
omnibus sacro porrexisse, cùm ante pauculos annos de-
ferti solitarijque viderentur: expiandis denique animis,
qui igne purgatorio pœnas luunt tot delata Sacerdoti-
bus sacra piacularia, tam ingentem ad sacrorum obla-
tionem confluxum, vt meritò simul sperare debeat us
Christo Domino operam nostram, & gratiam fuisse, &
ab hac ciuitate errorem omnem eliminari velle: qui
etiam eneruatum, planeque languentem sensim euane-

scere. Viginti supra centum vitæ decursæ rationem Deo, Confessarij pedibus aduoluti reddidere. Qui ab errore ad veritatis lucem emerserunt, octo fidei professio[n] ex prescripto Concilij Tridentini pronunciarunt. Ex bus puella adolescens orbitatem, solitudinemque in religioni congruentem, parentum errantium solatij antetulit. A uulsi complures ab illicitæ voluptatis impunitate, ad sanctimoniae puritatem traducti sunt, ut alienatione animi deposita pristinam resum erent benevolentiam, à varijs adiuti varij. Nobiles duo ætate florentes exercitijs spiritualibus expoliti, Reipublicæ sunt ornamento.

- DISCIPULORVM numerus etsi haud multo aiuctor solito, ferax tamen hoc solum emergentium Religiosorum, qui ex vnica classe breui spatio septem prodiere. Inditum Scholis nomen à translatis in religiosos ordines plantarijs; Religiosorum seminarium. Extata viris diuersi status B. Virginis Congregatio, quam qui inierunt, vt flores ex vniuersæ vrbis area decerpuntur. Præsunt plerique Reip. seque instituti sui probant tenaces frequenti sacramentorum vsu, confessio[n] statis diebus frequentatione. Ex felicibus initijs, qui sperari possit progressus, probata sodalium virtus spem confirmat.

NON minus foris, quam domi labor noster se fructuosum præbuit; qui septem pagos complexus rubigenem ignorantiae mysteriorum diuinorum expositione sustulit, & peccata diuersi generis impedirent: foedos denique concubitus pudico matrimonij toro commutauit. Rustico cuidam execrationibus assueto in specie illustris, beatiisque spiritus apparuit cacodæmon. Proposuit in primis imprudenti opera quædam in speciem bona, admixtis superstitionibus detestanda: adiecit preculas superstitiones, quas statis temporibus persolueret. Cùm delu-

delusus vir simplex acqueuisset omnibus; tum demum ad exigendam illius animam stilum conuertit impius, nullam misero quietem, nullam intermissionem, finem nullum animam deponendi faciens. Deductus ad Sacerdotem nostrum patefacto illi errore suo, dæmonisque fraude, iussus est bono animo esse, cauereque in postrum ne hosti fidem, voluntatemque accommodet, deponenti nullum ius in animum in se se ipse prodigeret. Redeūtem hostis obuius acriter increpat, detexisse nimirū infidum consilia, quæ vt tacita retineret, etiam atque etiam obtestando mandauerat. Cumque malo finis nullus, ad Confessarium redijt, à quo de tota vita perpurgatus Deo, sibiisque redditus est. Frementi similis, consulto(ait Dæmon)nostra consilia, mentemque tuam Sacerdoti detexisti: alioquin corpus animamque tuam cruciaturus inuafissem.

COLLEGIVM MONTENSE.

ELICIBVS Montensis Collegij auspicijs progressus hand quaquam infelior. Instituta hoc anno Parthenia Congregatio virorum altera, altera discipulorum secundo successu. Nomen ei dedere ex omni ordine delecti: doctrinæ Christianæ (quæ designato quot hebdomadis die triuialium Scholarum discipulis explicatur, dominicis festisque promiscue omnibus) nomen etiam è suburbis, pagisque remotis auditores turmatim accersit. Qui redeunt imbuti parentibus aliquid deferunt, sæpeque eos ad nos confessionis gratia adducunt. Non minori Nostrorum, quam rudium solatio, elementa Religionis propo-

proponuntur in pagis, quibus si Sacerdos aures accommodauerit, omnes ad vnum confessioni operam bunt, ac sacris dapibus accumbet, mirante parocho, extra paschales ferias hanc suorum pietatem expen non solet. Vir quidam eò dementiæ venerat, ut ne regioni quidem duceret pellice non verecundiùs, quam uxore frui: sed propositis vtrique à Patre nostro ignis sempiterni cruciatibus, qui fontes, noxiosque manent sapient, pellicatum intamem in honestas cōmutarunt mptias. Piandæ conscientiæ causa, præter ciues, ad nos veritatis ex locis remotis ad octo subinde leucas. Matrona nobilis præ cæteris impacata veniens mente, statim domesticos lares ante non videre, quam tranquillitas serenitasque animo implacabili illuceceret, nec eam spes fecellit: adhibito namque exulceratæ conscientiæ confessionis, cœlestisque pabuli subsidio, sol nouus fugatis effulxit tenebris, Deumque laudans, voti compos domum repetit. Eodem affectus beneficio plebanus quidam, qui carnificinæ conscientiæ extinguedæ, deterrima quæque attentare in sui perniciem moliebatur iam sanus Societatem, quam ante semper oderat suscere, amaréque impensè & ei secundum Deum acceptum referre non desinit. Non longè aberat ab hoc extatio mulier quædam flumum assidue voluens animo, in quem præcipitem dedisset sese, nisi cursu vir præueniens ruentem continuis et manu. Hæc confessionalis præsidio, agnique cerei è collo suspensi effigie confirmata, sano corpore, anir. 6 que festua viro redijt. Mulieres duæ incurabili morbo corruptæ, adhibitis nequicquam remedij, conscientiæ sarcina apud Nostros deposita, votoque D. Antonio qui in prioratus nostri templo iuxta urbem miraculis inclitus est nuncupato, integræ sanitati redditæ sunt.

E discipulorum gregc, extremum diem clausit puer quidam

quidam ex Hibernia oriundus, decubenti iuuenili specie cœlestis quidam spiritus apparuit æterni præmij, ad quod inuitare videbatur, spem præferens. Locum socijs ipse moribundus in quo Angelum videbat ostendit: ubi designasset, ipsorum Deo placide reddidit. Non caruit honore sepulturæ extra patriam, cuius anima veram patriam attigerat. Collecti vicini funus cohonestarunt. Quatuor demortuo faces prælatæ, locusque in æde sacra inferijs ritè institutis condendo corpori comparatus. Hanc mortuo gratiam præstítit qui infirmo fomentata, ac necessaria medicamenta viuo, valentiique habitationem, officiisque quamplurima præbuerat. Is ciuis est Montensis haud illiberalis mercator, qui filio Societatem eleemosynis haud vulgaribus egentes donare non cessat. Nostrorum hortatu octo scholaribus tenuioribus vicinum domui suæ ædificium addixit, quibus præter non rara, grataque munuscula, lectos singularibus cortinis instructos, focum luculentum, linteorum lotionem, aliisque id genus officia attribuit; vique adeo Hyberno tenello, ne in aliena quidem regione parens defuit.

RESIDENTIA BRUXELLENSIS, CVM MISSIONE Castrensi.

BRUXELLENSIVM fruges, amplis Collegiorum successibus non cedunt. Ad sacram suppellestilem accessit Hierotheca prænobilis, sacræ hostiæ populo conspicue exhibenda fabrè elaborata. Candelabra argentea quatuor, calices aliquot

aliquot inaurati, cum casiolis insigni opere contexti
Consultum animorum saluti consueta lacrorum dispe-
satione. Duæ virgines Societatis opera in sacris vñ-
gionem professæ fuit, alia continentia perpetuæ vñ-
lo adstricte, nonnullæ quæ lubrico casu pudicitiam pu-
digeant erectæ, & firmitudini redditæ. Vir nobilis in-
spite stuprum, eius viro necem intentans, miras ea in fa-
milia turbas exciuerat: Nostrorum industria vindica-
mulieris pudicitia est: pax inter partes composita, &
nonnulli conciliati Societati amici, qui prius ab ea ali-
niores fuerant.

A D O L E S C E N S quatuordecim annorum, fuit
quodam apud parentes infamis, & iniuisus, expiato cori
Sacerdote nostro per confessionem criminis, domum re-
dit, & nudus lachrymisque perfusus, verberum manipu-
los parentibus exporrigit: Méme, ait, ô parentes, indi-
gnum filium, qui in cœlum, & in vos tam foedè peccau-
Ego mei iudex, iudices vos, si lubet, tortoris præuerit
manus: repetite meritas dementiae meæ poenas, paren-
tum plague, quamuis acerbæ blandientium amplexibus
vt salubriores, sic gratiorens erunt. Rupit poenitudo ha-
parentum indignationem, qui mixtis gaudio lachry-
filium Dei dextera mutatum, in gratiam receperunt.
Alius honesti ciuis vnicus, cui nihil adeò clausum, obli-
ratumque quod non perfringeret, raperet, & in libidines
suas profunderet. Post carceres, & inediā, seueriore pro-
posita eidem à nostro Sacerdote peccati grauitate, per-
uicacia eò usque perrupta est, vt qui lachrymas fundere
visus fuerat nunquam, gemebundus de tota vita sele
accusaret, & nouam omnino viuendi rationem inirebat,
hunc parente, qui perditio similem postliminio recuperare
videbatur. Latro quidam cum facinoribus multis formi-
dandus, tum commentariensis à quo captiuus attineba-
tur, cæde, & eruptione celebris: reuinctus, Nostrorum

cuz



enre salutem suam commisit. Ex leone, agnum dices. Immani rotę membra colligata communūatur licet, culter quo iugulum præfecti carceris petuerat, pectori infigatur, ingenti ferro ceruices confringantur, in medijs tormentis erecto collo quoad potuit, oculisque in cœlum defixis, nullum omnino signum, verbumque prodidit impatientis animi, acclamatibus spectatoribus, Utinam & nobis decedentibus ea animi dispositio obtinet. Viros duos auctoritatis primariæ plurium annorum similitatibus disiunctos, cum saepius à nostris de odio, inimicitiaque ponenda monitus fuisset uterque, contigit in eundem Sacerdotem, confessionis gratia accedentes incidere, qua instituta, in mutuos amplexus irruentes, ut noui filij, cœlestis Patris mensæ vnanimes accubuerunt; quodque eorum dissidium hactenus in Reipubl. administratione disperserat, animorum coniunctione exinde collectum esse depræhensum est.

E Castris tres Sacerdotes ad cœlestes triumphos commigrarunt. Primus P. Gualterus Talbotus Hibernus trigesimo octauo ætatis, aditæ Societatis anno quarto. Multos in castris, suæ præsertim nationis, Ecclesiæ conciliauit; multos diuersarum nationum in salutis viam reduxit. In quo genere maiores spes præbuit, quam exequi quod intendebat vita superstite licuit: cum enim aquis perfusus uno atque altero deinde die militum excipiendis confessionibus sui ipsius cura posthabita incubuisse, febre præpotenti infirmior cessit è vita. Hunc secutus Pater Georgius Van-Burch anno etatis quadragesimo secundo, decursis in Societate magno vitæ religiosæ exemplo reliquo annis quatuordecim. Paucis post diebus, quem ipse militiæ spiritualis socium habuit in terris eundem ad cœlestia comitem habuit P. Laurentium Pratanū Lessiensem, emenso peregrinationis huius trigesimo nono, initæ Societatis anno decimo septimo,

virum

virum religiosum miri candoris, & expectationis: quem Deus post Castrenses labores annis quinque fructuose toleratos, nobis frustra deprecantibus ad Societatem meliorem euocauit.

R E S I D E N T I A C A M E R A C E N S I S.

DIOCESIS Cameracensis populus quasi diutina cœlestium mysteriorum inedia, & diuini verbi siti anhelus satiari haud quaquam facile potest. Omni die ad sacras res audiendas paratis nūquam frustra aduenies. A concione ad vicum alium, auditur i denuò cōcionabundum sequuntur. Nostros ipsi, qui etiam temerè transiētes ad se se endiendum invitat vtrò: tantus pietatis sensus ex ijs, quæ à Nostris traduntur ingenitus eorum animos occupant. Præsidiorum, qui in Lutheri vesania diuīs acquierant, quinq; mutata demùm fide ortodoxæ militiæ munum, nomenque dederunt, numerus enim uero latus quibus facile septuaginta abdicatis pellicum pernicia amoribus, casto matrimonij nexu se se deuinixerūt. Composita dissidia inter varios. Istud non vulgare quod primarios, quæ status Ecclesiastici, quæ ciuilis inuicem exercerat gliscens, incendebatque, nisi Nostrorum opera interposita, flamma ipsa repens prope in suo fomite præfocata, extinctaque fuisset,

RES

RESIDENTIA LVXEMBVRGENSIS.

LVXEMBVRGI, longo iam vſu ſacrorum abuſus, Noſtrorum ſtudio ſenſim abrogantur. Ipo die cinerum, Bacchantium inſtar inſolentiae viſebantur: viſitatiſſimum quoque cuiuſdam Sancti ſtatuam, non minus impie, quam inſulſe circumferre. Hæc Senatus publico edicto fieri cauit in posterum, ſicut & illud non exequi (certè momenti) ut proles ciuium ad hæreticam quamdam ciuitatem lingua Gallicæ diſcendæ gratia complures ablegari ſolitæ, primo quoque tempore reuocarentur, aut ad Catholicos amandarentur. Eodem pertinet abominandas ſuperſtitiones, in morbis curandis in hiſce partibus frequen- tissimas, repetitis hac de re concionibus abolitas eſſe, ac deprauatas. Nutantes in fide conſirmati nonnulli. Cu- rionibus conmentationes ſpirituales tradiſæ, eorumq; Decano, optato fructu. Diſſidentibus pax allata pluri- mis. Religiosi Superioribus reconciliati, quos inter nunç concordia intercedit. Horum quatuor vniuersam vi- tam Sacerdoti nostro generali recognitione luſtrarunt. In arenam duo iamiam diſceſſuri admiſſo duello nostri fratris interceſſione ab incepto deſtiterunt, & odium omne deponentes amicitiam redintegrarunt.

MISSIO HOLLANDICA.

NIHI ex Hollandia hoc anno, quod in duas referamus, datum adhuc est, præter nonnulla quæ anno præcedenti seriis veneruntur, quam ut cum alijs in urbem mitti possemus.

Ea verò contigerunt à 25. Nouembri anni 1597. usq; ad 6. Nouemb. anni 98. Ex quibus aliqua perstringemus. Tres Societatis Sacerdotes vastissimum hunc ciuitatum rebellium campum sibi depositum, quem pro viribus colant, iuuentque exemplo, verbo, & sacramentorum dispensatione. Messis ubique plurima pauculis operis, noctes iungere sàpe diebus, easque continuas, nonnullam lex audiendis, solandisque ad se confluentibus coguntur. Cibo sumendo, officio diuino persolueant, vel præuidendis, quæ famelicæ genti proferant, si horum paucæ, oppidò fatigatis suppetant, magno quietis loco reputatur. Nusquam tuti (etsi amici ad quos diuertantur non desint) nisi ubi eos diuina tutatur manus. Hinc frequenti locorum mutatione latebras querere opus est. Per conciones varij variè moti, ab heresi ad orthodoxyam fidem; à vita profligata ad pœnitudinem, à moribus vulgaribus ad meliores, cœlestibusque conformes consilijs. Ecclesiæ Catholicæ reddit; nutantesque firmat; amplius duodecim, qui confessione generali plati, nō uum vitæ genus amplexi sunt. Inter quos iuuenis in fidem nutabundus, dum Rupellæ tibiæ curandæ operam dat; incidit in librum, quo Ioannes Herennius mutatæ religionis rationem reddit. Ad suos deinde reuersus, audito Sacerdote nostro, flexit animum ad Romanam Religionem, & integrè per confessionem purgatus, constans

num.

nunc perseverat. Expiationes totius vitæ exceptæ amplius 136. Matrimonij leges violatæ viginti quatuor illicitis nuptijs, nouo sacramento recognitæ. Baptisini cœremoniæ baptizatis hæreticorum modo, duodecim ad fidem conuersis hæreticis adhibitæ. Lustrati salutaribus aquis parvuli quinque. Adulti totidem quorum tres Anabaptistis parentibus orti. Primus a nonum duodecim puer, adductus ab amita, orthodoxam fidem profesus est, & constantiam in Dei lege, fideiubente ea, quæ Ecclesiæ oblatum è fonte suscipiebat. Alter viginti annorum iuuenis iam meliorem extra patriam mentem natus parentes Anabaptistas coram de sua fide certiores facit, quibus ad execrandam impiæ fœtæ lotionem inducere nequicquam adnitentibus, superior, infractus ad nos rediit, candida veste corpus, animumque induitus, Christi corpore mentem pauit, & in nouum hominem mutatus est. Tertia puella nobilis, nubilisque, quam Catholicus iuuenis dominū ducere cum optaret, prius Deo, Ecclesiæque iunxit quam sibi, quis Sacrosancti fontis tincta, cum sponso cœlesti mensa accubuit, & Catholico ritu nuptias celebravit. Quarta Catholicis prognata parentibus, ne impuri Ministri manibus pollueretur, ad annum undecimum initiata non fuerat. Iuncta huic est soror germana. Dum sacræ catecheses, exorcismi, vñctiones, aliæque Baptisimi cœremoniæ peraguntur, dæmoni energumenæ insidenti Sacerdos iubet, ut benedictum cereum teneat, sedulóque mysteria peragenti lumen præbeat. Dæmon Sacerdotis imperio coactus paret quidem, sed inuitus, & murmurans: Cur, inquit, spiritus prænobilis hominibus seruiam? qui mortaliibus natura præfatio: cum hic non desint, qui id muneris obeant? horum esset non meum hoc ministerij genus sustinere. Nihil tamen indignius tulit, quam in exorcismis toties audire damnationis suæ sententiam identidem inculcari. Et ad

puellam grandiorem versus, eam grauiter increpat, quod
a suo consortio, ac potestate subtrahat sese: satius ei fo-
re, si priorem conuersationem secuta licentiosius vi-
ret. Quem puella virili pectore impium detestata cor-
silium, confudit, grauique afficit dolore; iussum interea
Sacerdote tacere, & officium iniunctum nauiter per-
agere. Extrema vncio præmissis exomologesi & sacro
viatico infirmis data. Quorum vnam Minister hæreticus
(quem animorum consolatorem vocant) propemodum
ad inferorum fauces deduxerat; Patris nostri visitatione
confirmata, & Sacramentis omnibus munita ad melio-
rem vitam transmigravit. Boni permulti meliores No-
strorum euasere consortio. Virgines aliquot honesta
milia, illicientem habitum posuerunt, assumpto eo,
vitæ coelibi congruebat. Quo nuncio furore prece-
minister Barbarus indignabundus, ipso natali Christi de-
celebri, è loco sublimi vehitur in virgines, Senatoribus
seuerè denuncians, facinus dignum de cuius authore in-
quiratur (viro casto videlicet cordi erat matrimonij
causa.) Tres interea alię ab illecebris sæculi nequam, Mi-
nistro frustra fremente, ad modestiam se composuerunt.
Id intuita puella annorum septemdecim, imbuta à pu-
ro hæretico lacte: Quis, ait, dubitet eos veram religio-
nem sectari, qui religiosis eam moribus astruunt, qui
profunda pace, quieteque externo gestu testata fruuntur
assidue, qui se totos Dei obsequio deuouentes, virtutis
pulchritudinem intendunt? Fallaces omnino Ministros,
qui hanc viuendi rationem impossibilem declamant,
cum à meis similibus summa facilitate, immò cum delecta-
tione non modica iniiri constanter percipiāt. Et è vesti-
bus lasciuientem mundum detrahens, ductorem melio-
ris vitæ queritat. Eo ergo tempore quo sorori se comi-
tem adiungere solebat, phanum hæreticorum adeunti,
accerit Catholicam virginem, mutatum habitum, ani-
mumq;

mumque ostendens: cupere ait se ad Catholicorum sa-
cra, asylumque recipere, illam se ducem ut præbeat,
etiamnum rogat impensè. Imbuit primùm Sacerdos
noster ardenter animum catechesi: supplevitque ritus
Baptismo desideratos: lustratam deniq; Poenitentię my-
sterijs, Angelorum cibo satiauit. Nec Ministro æmulanti
merces defuit. Enim uero euolutis mensibus septem, dum
stuprum ancillæ inferre intentat, palam simul fit, nepte
vñoris loco vñsum, eaque vita functa concubinam indu-
xisse. Hoc scelere ex eius ore per quatuor sinagogas
promulgato exauctioratus officio, stipendiisque exutus,
pulsus est ab urbe inglorius.

